

**S**icreditur quod dicitur erat uerbum secundum euangeliste testimonium crede  
qua hoc <sup>hoc est homo factus est</sup> uerbum caro factum est, ita ut inconuertibilis deitatis ma  
neret; dicit enim inconuertibilis est, quem nulla substantia capiat cum  
ipse sit omnium capax, non habens neque augmentum dierum neque inuolu  
tionem temporum, non enim ex tempore aliquid initium habet quae est ante secula  
non aliquid factura est quae temporibus excludatur sed in patris natura semper  
manens abique initio inuenitur, quia coaeternus est genitori. Initium non habet  
Unde ex temporibus initium dedit ipse non in tempore manens sicut scriptum est  
quia in se manens in nouat omnia per quem omnia facta sunt & sine ipso factum est  
nihil, si uero de temporale aliquid de ipso uolueris cogitare quia cum sit unige  
nitus dicitur filius dicitur etiam esse filius hominis in dispensatione carnali, cognosce  
uocem illam patris dicentem / ego hodie genuite, ut quod dicit hodie genuite  
filio hominis ex mariano nato ad scribas, differens prorsus temporalitatem ab illa  
inconuertibili deitatis natura, si autem de secundum paternam generationem  
eum consideres per quod unigenitus est patri propria uero generatio filius unigeni  
tus, & ideo filius unigenitus, & ideo distinctionem aliquam inter genitorem  
& genitum definire uelut hinc uide ut intellectu pro tanto necessitudinis, in  
earum archa uero, quoniam prius quam nascere tur unigenitus in suo iam genito  
re generandus manebat, non habens distantiam temporis sicut impudicunt  
quia erat quando non erat, qui ineffabilem dei creatoris generationem  
mortalium creaturarum speciem mentiantur quae ex gradibus ad aeternam ge  
nerantur & generant, uerum tamen mendaciam de ipsius conditionis humane  
generationibus arguamus, si autem si etiam homini inest ante quam generet & dicit  
quod ex eo generandum est secundum est secundum naturam & ante quam  
generet non aliquid demutatur ut semina & progeniem quae generatur est quan  
to magis in deo patri omnipotentis ista ratio commendanda est ut aequae inconuer  
tibilis & sempiternus filius in aeterno atque incommutabili patri sempiternus  
secundum naturam inseparabilis substantiae est excludens illam impiorum  
blasphemiam quae dicitur erat quando non erat, si uero manifestatur uoluerit  
agnoscere quae erat sempiternus in patre priusquam nascere tur non legitur in factura &  
constitutione mundi moyses exponente quomodo ex pisona opificis dicitur sic pro  
ducit heribon faeni semina in semine secundum genus & similitudinem & lignum  
fructiferum faciente fructum cuius semen eius in ipso secundum genus & similitudinem  
supra terra, si ergo lignum fructiferum quod in terram datum est hominibus, priusquam fructus in  
producat